C Eodem modo interpretanda est sententia iuris consulti in. l. i. de orig. iu. infra. ubi gaius iuris con-

que uerbo
nesta lege
traduntur
nō habent
necessitatē

nullū pō/
ē ius qd/
a iusticia/
nō desce-
dat qd/
nō sit ei-
cū

principiū p/
pter qd: re-
motius el/
principio/
ex quo ali/
quid deri-
uatur:

Col. 5

sunt facturus legum interpretationem. necessario prius ab urbis iniciis repetendum existimabat. Et glosa exponebat; necessario id est utiliter. sed hanc interpretationem quis silentio uideam approbatam: video certe esse contra sententiam iuris consulti. Quia iuris consultus iterum ac secundo repetit ea dem uerba in l. 2. eo. titu. in principio. ibi necessariū itaq; uidetur nobis in primis: ipsius iuris originem ac processum demonstrare. ecce q; iterū idem ut necessarium repetit. sed quād uerba eadem in iure repetuntur: ex repetitione cognoscimus: sententiam repetentis eam esse: quam uerba exponunt. ut notatur in cle. i. de iure patro. igitur ex sententia iuris id est necessarium. qd' rursus etiam probabo. quia iuris consultus eam originem pro parte & principio iuris reputabat. ut in uersi. sed qd' in omnibus animaduertit: id perfectum esse: qd' ex omnibus suis partibus constaret. & ce te cuiusq; rei potissima pars principium est. ita ipse cum aristotele. i. ethicorum. cap. x. cum igitur ex iuris consulti sententia sit principium: & potissima pars totius: ad cognitionem eius rei nescie est principium cognoscere. quia totum cognosci non potest: si partes maxime potissime non cognoscantur. ut in l. que de tuta. de rei uen. in. c. pastoralis. in prin. de offi. deleg. De uerbo non potest. dixi late in l. gallus. in prin. & ex his inferre potes ad uerbum: non debet. & ad uerbum. debet. quod cum necessitatē inducat. ut in l. pretor. in prin. ff. de edendo. & in l. i. s. i. qd' quis p; iuris barto. in l. creditores. s. col. C. de pig. aliquando tamen uerbum. debet. exponitur pro. potest. nam quando dispositio respicit fauorem eius qui debet aliquid agere: exponit p; pot ut i. l. obseruare. i. fine. d. offi. pco. & ita notat & exponit gl. i. & idē docet bar. in dicta. l. creditores. i. col.

l. obserua
re. offi.
procō. uer
bū. debet.
obseruat p
riā signifi
cationem

Sed profecto ego in interpretatione illius legis non mutarem significationem uerboru. quia recte uerbum. debet. potest significare necessitatem. nam dicitur ibi q; aliqua debeat proconsul facere: ante q; prouinciam fuerit ingressus. ut est edictum mittere decessori: & diem dicere sui ingressus. deinde subiungit. post hec ingressus prouinciam: mandare iuris distinctionem legato suo debet. hec tex. glosa cum uideat q; mandare iurisdictionem nulla necessitate cogas: ut in l. solent. eo. titu. s. sicut. exponit. debet id est. potest.

Aduerte q; sententia iuri consulti se refert: non ad legandi uel mandandi necessitatem: que nulla es se potest cum pendeat ab arbitrio pro consul. ut in dicta. l. solent. sed se refert ad eam necessitatem: qua oportet: ut ingressus mander: non ante quam ingrediatur prouincia. quia non potest. & ita sententia manifeste ex uerbis que subiicio: ingressus debet mandare iurisdictionem nec ante hoc facere q; fuerit ingressus. est enim absurdum. ante q; iurisdictionem nanciscatur: alii eam mandare quam non habet. ita dicit iuris consultus. necessitas igitur refertur ad ingressum non ad mandandam iurisdictionem itaq; necessitas est q; ad mandandam iurisdictionem sit ingressus. non tamen est necessitas mandare iurisdictionem. & in hoc stat fallatia: & habes uerum illius text. intellexum. **Eodem modo** poteris interpretari. l. si quis seruum. s. si inter. de leg. i. ubi exponitur debet. id est potest. quam expositionem sequitur glosa ibi & barto. & paulus & glosa in dicta. l. obseruare. s. si. & dicebat barto. ex predicta lege iuncta glosa. q; quando absonus intellectus uel alterius iuris contradiccio reperitur; exponendum est. Debet pro. opere. Ita ipse in dicta. l. creditores. i. col.

Ego considerabam. q; dum iuris repugnantia evitari potest non est incidendum in uerborum interpretationem. presuppono igitur q; quando lega-

Col. 6

tum sit uni: & duo sunt ei sdem legatarii nominis. itaq; ignoratur quis sit legatus. legatus ualeat. sed quia probatio deficit: impeditur legati consecutio. ut in l. duo sunt tunc. de testa. tu. ff. & in l. si fuerit. de rebus dub. sed obstabat tex. in dicta. l. si quis seruos. q. si inter. ubi dicitur q; heres debet eligere inter duos. ergo compellitur soluere. ideo exponitur: debet id est potest. bald. egre ferebat talem expositionem. quam dicebat destruere tex. & ego addo difficultatem quia in principio text. dicebat. si inter duos dubitet de eodem legato: cui potius dari oporteat. ecce q; ponitur uerbum. oporteat. qd' etiam significat necessitatem. ut in glosa nostra. **I**deo ne uerbum. oportet uel uerbum debet. impror. etur: ne etiam iuris repugnantia derur: quis casus sit diff. ciliis: ita expono. & presuppono legatum ualere: quis ex defectu probationis impediatur. ut i. d. l. duo. & in l. cum expluribus de manu. testa. Vnde noto. q; heres non est ipso iure liberatus. quin immo iure est obligatus. quia ius non deficit. sed probatio. ut in dicta. l. duo. finge igitur casum: q; heres molestabatur super legato. quia unus illud petebat & alter. itaq; cui dari oportet litigabatur. Heres ad euitandas lites & molestias dicebat se paratum soluere uni. dum ipsum defenserit ab alio. ut que erat paratus defendere. quid iuris in isto casu: responderetur. q; heres debet eligere quem uoluerit ut ab eo defendatur. hic est formalis casus illius legis: quem ex uerbis ita plane comprehendere poteris. Dic igitur q; uerbum oportet referatur ad necessitatē iuris. quia a iure debetur. & litigatur cui potius dari oporteat. unde uerbum. oportet suam obseruat significationem. & idem de uerbo. debet. nam heres ad euitandas molestias paratus erat soluere. ut liberaretur. unde ad liberatōem & ut defendere potest. necesse est eligere. ita dicit tex. eligere debet heres cui soluat: ut ab eo defendatur. cum igitur heres esset paratus soluere. ut defendere potest: necesse est: ut adhuc effectum eligat. & ita ad hanc necessitatem debes referre uerbum. debet. nō ad eam ad quā referebant doctores. ut iuri contradiceret. s. q; debet. eligere id est q; teneretur soluere: uni uel alteri quem ipse eligeret. nam hoc est contra iura in quibus cauerat legatum impediri. nec conformat casui legis illius. ubi voluntarie offerebat & erat paratus soluere. non igitur necessario soluere tenebatur: ante q; certum sit quis illorū. si legatus. & ita defendes etiam casum illum a contrariis. que fortissima uidetur cogita.

Secundo noto. ius a iustitia appellari: & ut in superiori notabili dicebas: ad iuris cognitionem necessitas est: non derivationem uerbi materialem comprehendere. sed iustitia unde dici intelligere. maxime q; hic titulus est de iustitia & iure. iustitia igitur secundum legislatorem: est constant & perpetua uoluntas ius suum cuique tribuens. sed quoniam a nostris doctribus negligenter hec definitio exponit: ideo ego de ea tractabo. aut igitur hanc definitionem intelligentis de iustitia diuina: & tunc obstat arg. qd' format glo. in l. iustitia. infra. eo. & insti. eo. in prin. nō tantū fuit datum mercenari i sero ueniēti: quātū ei q; de māe uenerat in uineā dōini. qd' uidet in iustū. ut i. l. ff. de ānu. leg. ubi qui i uespere uenerat: nō habet equalē operem mercedē cū eo qui de māe uenerat. **R**eipōder glosa & bar. q; illud est mistici. qsi dicat tātū habebit de paradiſo: qui decedit in hoc ultimo seculo si iuste uixerit. quantum ille qui in primo seculo decesserit. **E**go non curo de figuris euangelicas. sed quo ad moralē philosophiā: quid suam subiicio. Nam quis mistica sint plura in lege nrā: gamen quoad moralē intelligentiā semper sunt iusta.

ualet ipso/
iure legatū
qndo duo
sunt eiusdē
nois.

i. l. si q; ser
uū. s. si ter
uerbum. o
porter. ob
seruat si/
gnificatio
nē idē de
uerbo de
bet

dissimil &
disputat &
dissimilatio
ne iusticie

defendit
moraliph
ilosophia/
ad litteras;
qd' dicit s
euangelio
tātū cēda
tū ad uineā
dōini. dīſe
ro ueniēti
& reliqua.

Col. 7

Vt in.c.non est peccatum. §. His itaq. 6. di. Vnde oportet. qd quo ad moralem intelligentiam hoc euangelii dictum iustum intelligamus. & pmt omnia que redemptor noster. De moribus tradebat: quis figurariue eraderet: iusta erant. ut in.c. 1. d. 1. & in.c. non est peccatum. §. His ita su. al. ita oportet. qd hoc qd in euangelio continet iustum sit: Cuius iustitia talis est. Nam mercenario qui d manu uenerat. Solutum est qd ex opera diurna sibi debebat. Igitur iuste agit secū: quia iustitia suum cuiq; tribuit. Si uero uespero ueniēti merces totius operis diurne tribuat nihil attinet ad ipsum: cui ex iustitia est satisfactū. Sed si dicas: qd in iuste agitur cum ipso cui largitur plus quam ex iustitia debetur. Respondeo. qd quāuis ita esset ut plus debito daretur: tamen liberalitas uirtus est. & liberā exigit uoluntatem. Vnde iustitia ipsa ualet: qd a libe ro donatore datur. Ut in.l. si quis argentū. §. si. C. de dona. & in.l. 1. ss. eo. & c. 1. eo. ti. ¶ Quare autem deus ipse (ut nobis uidetur) plus uni qd alteri tribuat & quare maiori misericordia cū uno qd cum alio uatur: non est dispurationis humanae. Ne illam sumaz & eternam regendi rationem: nostro inbecili intellectu concludamus. Sat est deum nō agere iustus cū uno qd cū alio. tā ex parte sui ipsius qd ex parte effectus. ut teneat sanctus doctor. 4. senten. distinctione. 46. questione. 1: qd quia ad nos non pertinet. Aliter non declaro. ¶ Aut distinctionē intelligimus de iustitia humana & tunc eadem glosa argumentas. qd nulla sit in humanis iustitia: quia illa est perpetua & constans uoluntas. & inter humanos nulla uideretur constantia cum septies in die cadat iustus. & ut dicit Job. Nunq; in eodem statu permanet. Vnde dicebat legislator in aucten. de non alienam. aut per. col. 1. §. ut autem. Quid enim erit stabile inter homines & ita imobile ut nulla; patias mutationē: cū omnis status noster sub perpetuo motu consistat. ita ipse. Natura enim semp nouitatisibus uititur. ut in aucten. de consang. uteri. col. 7. in prin. Ex his dicebat glosa in dista. l. iustitia & in principio insti. eo. qd secundū su periora necesse erat ammouere illa uerba. constans & perpetua. A distinctione iusticie. barro. & ioannes faber dicebant qd illa uerba intelliguntur de constantia que potest cadere in homine. Vnde non oportet ad hoc ut homo sit iustus. sit ita constans sicut beatus per trus. ita ipse.

¶ Tu rectius ad uertas. & primo dicas. pprie & iuste esse posita uerba distinctionis: que bene uerificantur in iustitia humana. Nam quis humana fragilitate se pessime cōoueamur. Tamen ppriū uiri iustis: iustiam semper uelle non enim ista perpetuitas ad actum referit: quia nec homo pprius est nec actus eius sunt perpetui. Sed ad uoluntatem. quia uoluntas dum iusta est perpetuo & in omnibus uellet iustiam exercere. Nam si ad horam uel ad annū tam uellet iuste agere: non est iusta uoluntas. nec est in hoc ipso iustitia: de cuius ratione est ut dum uile perpetuo uelit ius suum cuiq; tribuere. Et ita intelligunt theo. ogi. ut sanctus doctor. secūda secūde que sti. one. 58. arti. 1. ¶ Nō obstat qd dicitur septies in die cadere iustum. quia dum ab illa perpetua uoluntate decidit iustus esse definit. Nā qui iacet non stat. & dum cadit non ē iustus. Sed si assurgat & mē tem sibi restituat rectam: tunc iustus est. quia perpetua habet uoluntatem iuste agendi. ut in.c. Quid est hoc. l. di. ubi dicebat gregorius super ezechielē. quid est hoc qd pfecte iacenti dicis. Ita super pedes tuos & loquar tecum. Tunc enim deus nobiscum loquitur quādo a iusticie iactuara resurgimus. & dicitur in.c. ferrum. ea. di. qd ferrū de terra tollis cum fortis pro pugnator amala actione resurgent. Non ergo in eo debet inspici qd fuit: quia iam incipit ecē qd nō fuit ita de cadente septies die

Col. 8

gregorius. Satis itaq; constat cum iustum esse cuius uoluntas iuste agit. quis in alio tpe in iuste eḡ sset. ¶ Sed si dicas quare hominis natura istabilis sit & quare deus statum nostrum sub perpetuo motu cōstituit. ut in dicto aucten. de non alienan. Videtur enī uolisse ne semper iusti simus. Ego ignorans incōprensibila iudicia tangere nolle. Hoc tamen certu teneo: qd dei inefabilis altitudo nullis inclusa limitibus & nullis terminis comprehensa. recti iudici censura: celestia & terrena disponit. ut dicit in.c. gloriōsus. in prin. de reli. & uenera. sancto. li. 6. Sed qd ab aliis percepi tibi exponā. Deus enim pugnam nobis intra claustra huius corporis cōstituit. ut uitius uincendo gloriam eternā mereref. Nā finis nostrae creationis in eterna gloria situs est. Vt dicebam in libro de fine iuris. Adhuc igitur finem media iusta constituere oportebat: ex quibus creature illam merito consequerent. Vnde decuit pugnam inclinationū in homine ifegerere ut ex uictrice uirtute finis eternus consequeret. Si enim iusticia est uirtus & ppetua & constans uoluntas: Nihil certe mereref iustus: si constans esse non posset. quia si uirtus est malis ac uiciis repugnare: appet sine malo & uicio nullam esse uirtutem. Nam ut iusticiam & quamlibet uirtutem perfectam ex omni parte Deus rediret: reseruauit uitium. qd erat ei contrarium cum quo de pugnare posset. ipsa enī iustitia agitata malis: stabilitatem capit. & quanto frequenter impellit tanto firmiter roboratur. ut in.c. fidelior. & in.c. hi qui altari. l. di. ubi non solum agitata sed etiam uicta uirtus duz se erexerit. Firmior et stabilior manet fidelior enim factus est petrus postq; peccauit. & maiorem gratiam reperit erectione ipsa: qd amissi t peccato. deus igitur non exclusit mala: Vt uirtus ipsa cōstare posset. uel immobili pugna: uel ex iacture firmiori constantia. quomodo. n. uirtus paciēt fulget. si nihil esset qd pati cogeremur: quomodo fides sanctorum patrium tantam gloriam mereretur. ni si esset aliqua que adeo auerterent. ita dicebat latatius in libro de iusticia. c. 7. ¶ Qd uero io. faber dicebat ad hoc ut homo sit iustus non requiri: ut sit ita constans sicut beatus petrus sed qd loquitur de constantia secundum humanam fragilitatem. & idem dicunt alii. quippe si constantiam perpetuam ad actum referamus nec petrus fuit iustus. qui ancile uocem pezzi mescens Deum saluatorem suum negauit. ut dicit in.c. considerandum l. di. Sed ante qd peccaret iustus fuit quia uoluntatem constantem & perpetuam habebat. & postq; peccauit forsitan iustior fuit. quia constantior penitentia fidei inixus resurgit. unde fuit petra & firmamentum totius ecclesie & saxum imobile totius corporis christianitatis ut in dicto. c. fidelior. ¶ Rursus qd dicit distinctionem intelligi de constantia secundū humanam fragilitatem. cerre distinctione iusta uoluntatis humanae constantia loquuntur: quia ut iusta sit necesse est qd sit constans & perpetua: nec in hoc distinguitur beatus petrus a latrone qui in cruce fuit reditus: quia penituit & iuste agere perpetuo uoluit. Alias nullo modo nec saluus nec iustus esse poterat. Sed hec methaphysicis altius examināda relinquuntur. ¶ Prererea iustitia est habitus: secundū quē iustus dicitur agere electione iusti. Vt aristoteles. 5. li. ethi. Cum igitur sit habitus: nō est uoluntas que est actus: & hoc est fortius argumentū qd fieri potest. Nā cū iustitia sit uirtus: quinimo est omniū uirtutū pclarissima: & adagio greco dicere consuetū est. Iustitia in se uirtutes continet omnes. Vt aristo. in eodem libro. Ergo cum sit uirtus & ex hoc habitus: necesse est ut a uoluntate distinguatur. Habitus enim uoluntatis non est uoluntas. Et actus ab habitu distinguuntur.

Col. 9

Col. 9
ut tenent philosophi. **T**respondeo q̄ iustitia & habitus dissimilē p̄ actum sicut p̄ propriā materiam. Nam cum iustitia per uoluntatem exerceatur: ideo dicitur uoluntas: quia actus iustus necesse est ut sit voluntarius. **Vt** idem aristot. 2. ethicō. Item debet esse constans & perpetua. & hoc est q̄ philosophus ī eodem libro dicebat: q̄ debet uoluntas immobiliter operare. Item q̄ ista dissimilitudine uirtutis p̄ actum fiat: ex hoc manifeste comprehendit: quia ius suum uni cuiq̄ tribuit. quod in actu est non in habitu. Nec mihi sum q̄ habitus p̄ actum ī quo exercetur dissimilatur. hoc enim cōsuetū est apud optimos auctores. **Vt** patet apud augustinum sup̄ loane. dum dissimilitudinem fidem. Nam cum fides idētidem sit uirtus: dicit. Fidem esse credere quod nō uideremus. & idem dissimiliuit charitatem. Charitas est motus animi: ad diligendū deū & proximum. & tamen est uirtus & habitus. & ita hanc auctorum consuetudine refert. s. do. prima secunda questione. 7. ar. 1. ad. 1. & 4. sen. di. 14. questio 1. ar. 1. Vnde dicebat sanctus doctor secūda secūda que sti. 58. arti. 1. q̄ si quis absolute & pfecte uellet dissimilare iustitiam: ita dissimilitudine poterit. Iustitia est habitus secundū quem: constans & ppetua uoluntas ius suū. unicū iūq̄ tribuit. Idem tenet. 4. senten. di. 33. questione 3. artic. 1. & ita resoluas. ea de quibus dubitat paulus de castro in l. iustitia infra eo. Nam hoc modo recte defenditur dissimilitudine: q̄ habitus p̄ actum dissimilatur uel si etiam per se ipsum dissimilare uelis: accipe dissimilitudinem sancti doctoris qui in hoc astipulatur dissimilitudinem aristotels.

C Rursus glosa instituta eodem format argumen tum: q̄ illud quod dicit: ius unicuiq̄ tribuens: intel ligitur quo ad affectionem: quia ad actuū uō potest. **Vt** simile dicimus in matrimonio q̄ est in diuiduū. & tamen q̄ndq̄ diuiditur repudio. **Vt** in l. cōsensu C. de rep. **T** Aduerte. q̄ ut supra dicebam: iustitia dissimilitudine per actuū. Actus autem est uolūtatis alias: non potest esset iustus. **Vt** patet in dissimilitudine. & dicebat aristoteles in dicto. 2. libro ethicō.

C At si dicas iudicis uel superioris esse: ius suū uni cuiq̄ tribuere: ut uideremus in nostris uoluminibus in quibus iura nobis traduntur. **R**espondeo. q̄ princeps reddit iura unicuiq̄ equaliter & iuste p̄ ipse rium sibi traditum. ut in c. quo iure. 8. di. & in c. Cū eterni tribunal. de. re. iu. li. 6. Nos uero et quilibet manus potest iustus esse: quod suū est in rebus a nobis agendis tribuēdo. Nos enim prosequi tenemur iustitiam in rebus nostris agēdī. ille in imperio. **Vt** in dicto. c. Cum eterni tribunal. cum similibus.

C Nec illud mihi sapit quod glosa ubi superius. & in Rubrica institutionū. in uerbo. semper augustus & insti. de pa. potesta. in prin. Vbi dicit matrimoniuū esse in diuiduū affectione non re: quia quandoq̄ se parat diuocatio & repudio i. l. cōsensu. de repu. C. & cetera.

C Dicas non solum matrimonium continet indiuiduam consuetudinem intentione. Sed etiam institutione. ut patet in c. debitum. de big. & in c. gaudemus. de diuor. & in c. i. de uoto. & uoti redem. lib. 6. Nam ille pater omnium cum uideret euam ad generis humani propagationem ex se compactam inquit: hoc est os de ossibus meis & caro de carne mea & propter hoc homo relinquit patrem & matrem & adhæredit uxori sue: & erunt duo in carne una. ecce q̄ hec matrimonii institutio que fuit ab inicio rerum in paradiso firmata: demonstrat cōsuetudinem adeo coniunctam. ut duo cōsueantur in carne una & ex duobus corporibus p̄ se separatis: adeo copulationem stringit. ut unum corpus efficiat. rurus & propter hanc consuetudinem homo relinquit patrem & matrem. qd̄ non restē refertur affectioni sed actui.

C Nec obstant leges repudiū que nō

Col. 10

tenent uera iusticia. Nam qua lege diuina est insti tutum matrimonium: eadem non potest diuidi in aliquo casu: quis per diuortum sola fornicatione thorū & illa consuetudo separari possit. Quos. n. deus coniungit homo non separat. ut in c. lator. de re. iu. & ab ipso deo solum causa fornicationis excipitur propter quam uxorius consuetudinem uiri ipse & e conuerso mulier: uiri consuetudinem relinqueret possit. ut in c. ex litteris & in c. significasti. de diuort. hec igitur separatio ex delicto proueniens non mutat matrimonii institutionem quo in diuidua sūt instituta uite consuetudo.

C Item contra dissimilitudinem iusticie opponit quia in dissimilitudine nihil debet inferi: nisi ad effectum demonstrationis. eius quod per nos dissimilitudine unde dicitur omnia uerba dissimilitudinis debere aliquid operare & sentire. ut notatur in prin. institu. de ac. sed omne qd̄ perpe tuū est: est constans ergo sufficiebat dicere q̄ iusticia erat perpetua uolūtā nec erat opus adiicere. q̄ esset constans cum perpetuum non possit esse nisi semper constet. Responde q̄ perpetua dicitur quia uoluntas que iusta est perpetuo & in omnibus uellet iuste agere. no n q̄ perpetuo duret. sed q̄ habeat propositum perpetuo iuste uiuendi. at ultra hoc requiri ut illa uoluntas sit stabilis & q̄ firmiter perseveret. alias enim fugit a uoluntate iustitia.

C Verum q̄uis hec iuris consulto: dissimilitudine iusta sit. Diuersi mode tamen diuersi dissimiliunt. Lactatius enim in libro de iustitia ita dissimiliuit. Iustitia enim nihil aliud est q̄ dei unici. sola pia & religiosa cultura. Cui etiam astipulatur diuus augustinus in libro de morib⁹ ecclesiæ ubi dicit q̄ iustitia est amor deo tantum seruiens. Quippe amor & cultura dei perfectam habet in se iustitiam: siue per gratiam siue naturaliter deus ametur. Qui enim p̄ gratiam deum amat. Diligit deum plusq̄ se ipsum. & amore sui ipsius & proximi & omnia que agunt ad deum referunt. qd̄ naturaliter erat uerum in primo statu nature integrum. Nam ut dicit philosophus. 2. Phisico: naturale est q̄ unusquisq̄ appetat & amet id ppter qd̄ est aptus & natus: quia ab illo constat. & naturale etiam est: q̄ bonū partis sit. ppter bonū tortius. Et hinc etiā fit q̄ amor sui ipsius naturaliter cuius est iūsus ppter bonum comune totius uniuersi. In illo igitur statu nature perfecte: Cum se ipsum & proximos suos uaderet homo a deo constare: eum amabat super omnia. & ex eius amore amabat se & alios. Ut tenet sanctus doctor prima secūda questione. 10. ar. 3. Vnde si quisq̄ ex amore dei. Proprium amore & proximo regularet. Certe hic iuste uiueret. Ac ius suum cuiq̄ tribuere. **C** In statu uero nature corrupte in quo hodie maxime uiuimus uoluntas ipsa ex natura corrupta conuertit amorem ad bonum priuatū & ideo Deum super omnia nō amamus nisi eius gracia subueniar: que nos in sola dei cultura & eius amore iustos efficiat. Nam qui deum amat super omnia: ne cesset est ut omnia p̄ ipsum amet: & qui ex Dei amore uitam sibi & proximo comensuratur partibus dabit qd̄ suum est. nam recte totum amat. & ideo iustus erit & isto modo intelligerem predictam dissimilitudinem.

C Fuit alia ciceronis dissimilitudine. Iustitia est habitus animi cōmuni utilitate seruata suam cuiq̄ tribuens dignitatem. & ita etiam accedit ad dissimilitudinem aristotelis. nec dissimilat multum a iure consultis ut supra dicebam.

C Io faber institu. eo. dicebat q̄ iustitia est una ex uirtutibus cardinalibus sine qua aliae nihil possunt. **Vt** in auctor. ut omnes obe. iudi. prou. n. i principio. Hec certe descriptio est non dissimilitudine. Sed quia su-

p̄petuū nō
potē ē icō/
stansiustitia est
solaciū uni
cipia & re
ligiosa cul
tura.duplex
or deiiustus ē q
deū super
cia & pius
se ipoamatalia iusti
tie dissim
litudo.

iusticia impetrat & regit oes alias uirtutes reducit p ad bonum commune.

mitur ex dicto autem eam intensius explicabo. Dicitur in dicto autem unam quidem esse omnium perfectissimam uirtutem arbitrardum est: que iura omnibus tribuit. hec est iustitia. Et enim nisi unaque uirtus subsequatur iustitiam: nichil fiet horum que in rebus humanis competunt. nec laudamus fortitudinem que non est cum iusticia. quis enim dicit uirtute solum in armis consistere? nam si iusticiam ab his subtrahas: solum manet occasio delictorum. huc usq; tex. & reliqua itaq; omnes uirtutes a iustitia imperatrice reguntur. nam iusticia est causa generalis ad omnem uirtutem: ut sol ad omnia corpora que iluminantur atq; consistunt per uirtutem ipsius. iusticia enim est quedam uirtus generalis. quia orditat & mouet per imperium operationes aliarum uirtutum ad suum finem. id est ad humanam felicitatem & bonum commune. & hoc est qd dicitur apud aristotelem. ethi. q; non est simpliciter eadem uirtus boni uiri & boni ciuii. quia quacumq; uirtute utendu est ciuiliter: id est secundum qd conuenit bono comuni. nam (ut dicebat) per superiorem uirtutem que est iusticia: omnis uirtus regitur ab ea & tendit ad bonum commune. ut dicebat sanctus doctor secunda secunde questi. 8. articulo. 6. & ita intelligitur qd dicitur in illo auerentur. q; n si una queq; uirtus subsequatur iusticiam: nichil fiet eorum que humano generi cōpetunt. & hec est causa quare eadem est omnium uirtutum preclarissima. qua nec hesperus nec lucifer ad mirabilior. & ob hoc ut refert aristoteles. ethi corum. iusticia in se se uirtutes continet omnes. & hec eadem iusticia post prudentiam nobilior est omni alia uirtute morali excellit enim fortitudine & reliquias alias. ut late sanctus doctor. i. secunde questi. 66. articulo. i. & super. 35. questio. i. & in 4. sententiarium distin. 33. questio. 3. ubi late. Nec ea hic adducere uolui: ne uidear theologorum doctrinis studiosior q; legibus ciuibus. sed dicā qd sentio. nisi leges a iusticia sciueris: iusticiam autem a legum doctoribus: te nichil uel parum uera iusticia cognitum.

placentini
diffinitio /
iusticia te/
lis araneae
cōparata.

Vt cicero/
mēinit li.
ult. tuscu.

reliq; accus/
fii diffini/
tio.

iustitia hu/
mana. diui/
na dici pōt

mitur ex dicto autem eam intensius explicabo. Dicitur in dicto autem unam quidem esse omnium perfectissimam uirtutem arbitrardum est: que iura omnibus tribuit. hec est iustitia. Et enim nisi unaque uirtus subsequatur iustitiam: nichil fiet horum que in rebus humanis competunt. nec laudamus fortitudinem que non est cum iusticia. quis enim dicit uirtute solum in armis consistere? nam si iusticiam ab his subtrahas: solum manet occasio delictorum. huc usq; tex. & reliqua itaq; omnes uirtutes a iustitia imperatrice reguntur. nam iusticia est causa generalis ad omnem uirtutem: ut sol ad omnia corpora que iluminantur atq; consistunt per uirtutem ipsius. iusticia enim est quedam uirtus generalis. quia orditat & mouet per imperium operationes aliarum uirtutum ad suum finem. id est ad humanam felicitatem & bonum commune. & hoc est qd dicitur apud aristotelem. ethi. q; non est simpliciter eadem uirtus boni uiri & boni ciuii. quia quacumq; uirtute utendu est ciuiliter: id est secundum qd conuenit bono comuni. nam (ut dicebat) per superiorem uirtutem que est iusticia: omnis uirtus regitur ab ea & tendit ad bonum commune. ut dicebat sanctus doctor secunda secunde questi. 8. articulo. 6. & ita intelligitur qd dicitur in illo auerentur. q; n si una queq; uirtus subsequatur iusticiam: nichil fiet eorum que humano generi cōpetunt. & hec est causa quare eadem est omnium uirtutum preclarissima. qua nec hesperus nec lucifer ad mirabilior. & ob hoc ut refert aristoteles. ethi corum. iusticia in se se uirtutes continet omnes. & hec eadem iusticia post prudentiam nobilior est omni alia uirtute morali excellit enim fortitudine & reliquias alias. ut late sanctus doctor. i. secunde questi. 66. articulo. i. & super. 35. questio. i. & in 4. sententiarium distin. 33. questio. 3. ubi late. Nec ea hic adducere uolui: ne uidear theologorum doctrinis studiosior q; legibus ciuibus. sed dicā qd sentio. nisi leges a iusticia sciueris: iusticiam autem a legum doctoribus: te nichil uel parum uera iusticia cognitum.

¶ Dominus placentius qui in doctrina excellens dicebatur: diffiniebat iusticiam. & ea dicebat esse: que plurimum potest in his que minimum possunt. in hoc ipso anacarsem uirum admirande sapientie. qui dicere solitus erat: relis araneae iusticiā simile similitus Nam ut illi infirmiora aialia & minuta retinere solent & a maioribus facile dilacerantur: ita homines pauperes & humiles iusticia constringi. diuines uero & reprobantes absoluvi uidemus. sed hec placentini diffinitio: est satyrica. cum iusticia omnibus se redat equalis. ut idem aristoteles. ethi. 1. generalius unde dicimus apud deum non esse acceptionem personarum. ut in c. nouit. de iudiciis & scriptum est in lege diuina: ita magnum iudicabis ut paruum. 3. questio. 9. c. finali itaque plurimum potest ipsa iusticia: etiam in magnis si adsit. Deus ipse uel huius depravati seculi miserie subuenire.

¶ Demum dominus accusius refert diffinitiones.

s. iusticiam esse (ut sibi uidetur) dei unici congrua di-

spositio: in singulis rebus recte diiudicans. Hec

diffinitio specialius refertur ad iusticiam distribu-

tiam que est in deo. qua omnia sua uoluntate. &

bonitate disponit. & uideas de ea sanctum doctorem

in. i. 21. articulo. i. generalius tamen si aduertamus uo-

luntas constans & perpetua que ius tribuit cuicunque:

etiam erit dei unica dispositio recte diiudicans.

quia omnia adeo pendent & maxime iusticia. nam

precepsa etiam moralia que naturalia sunt: appellati-

mus diuina. quia adei uoluntate procedunt. ut in. c.

fi. o. di. & in. c. 2. i. di. & hoc latius loquar in. s. ius na-

ture. infra. ista. l. & iustitia humana adeo procedit

qui ut celestia: terrena quoq; gubernat. ut i.e. glori-
ficator. ut in. l. i. de veteri. iure. enucle. & in epis. in-
terclaras. de summa trinita. & fide catho. & a iusticia
diuina deriuatur & pender huana. ut in. c. ut nostrum
prodeat de uultu dei iudicium. & dicit psalmista si-
gnatum est super nos lumen uultus tui domine. de

quo latius in supiori. libro quem edidi de deriuatio-

ne iuris. ¶ Exposui diffinitiones aliquas: & q; uis alie traduntur: uideor de diffinitione dixisse: di-
cam de uirtutibus que iusticiam cōmittantur. ne ea
nudam & ieunam tradamus. Tullius dicebat. sex
uirtutes iusticie comites. s. religio. pietas. gracia. uin-
dicatio. obseruantia & ueritas. apud lactan. humani-
tas. equitas. misericordia. apud macrobium sunt se-
p̄. prem. religio. pietas. innocentia. amicicia. concordia.
affactus & humanitas. de quibus singulariter differe-
re: nostri operis alienum putau. sat sit q; uideas. hac
ipsam iusticiam quā in titulo nostro prosequimur
omniū uiuitum prestantissimā & imperatricem:
tot uirtutibus cōmitatā. quam amplectere compre-
cor: hec nostra quicunque legis.

¶ Noto preterea ex textu q; iusticia est prior ipso
iure. si enim iuris nomen a iusticia descendit: prius
fuisse iusticiam: q; ius: fateri oportet. sed contra hoc
urget diffinitione: in qua ius ipsum inseritur. nam est
perpetua uoluntas ius suum unicuique tribuens. cum
igitur ius ponatur in diffinitione iusticie: iusticia nō
potest esse prior q; ius. ne sit ante se ipsam. ut in. l. pre-
cia rerum. ad legem falci. Respondeo glosa q; debet
intelligi ius suum: id est hominis merita. uoluit da-
cere ex iusticia cuiuscumque tribui. qd meretur.

¶ Dominus dynus & bar. distinguunt. aut enim con-
sideratur ius prout est in habitu hominis: & tunc iu-
sticia & ius fuerunt & sunt in omni tempore. aut co-
nsideratur ius prout est in actu: & iusticia fuit prius &
postea ius. & ita loquitur iure consultus noster. Nā
ius est uirtus iusticia est executio ipsius uirtutis. ut
insti. eo. in prin. ita dicebat bar.

¶ Ego ita considerabam. q; iusticia secundum diffi-
nitionem nostram: per actum diffinatur. cum dicatur
esse uoluntas ius suum unicuique tribuens. uelle autē
facti est. ut in. l. consilio. in fine. de cura. furiosi. & di-
xi supra in expozitione diffinitionis. cum igitur ta-
lis diffinitione iusticie fiat pactū: qui est materia ad ip-
sum habitum ut dicebat sanctus doctor ubi supra:
nichil certe uel parum differt ius a iusticia. & hoc est
q; in eadem diffinitione uideatur ius includi. quia iu-
sticia prout est uirtus & habitus: non diffinatur. sed
ad actum refertur diffinitione & ideo ius includitur in
iusticia. Hec forsitan potuit esse ratio: quare in in-
stitutionibus de iusticia & iure legislator tractaturus
diffiniuit tantū iusticiam. quia diffiniuit per actū.

¶ Unde cum bar. & dynus dicant q; ius & iustitia p-
ut sunt in habitu hominis: fuerunt & sunt in omni
tempore. Aduerte: q; ut physici dicunt habitus est ex
pluribus actibus. ergo uidetur q; habitus nō potest
esse uel fuisse in omni tempore. quia plures actus eius
dem rei & in eodem hoīe: nō sūt ī eodē rē. & prior est
unus q; reliquus. ut ī phe. huius libri. s. discipuli. &
i.c. ioseph. de uerbo. fig. ¶ Preterea si ius est actus
ex iusticia pendens: nō proprius ius ipsum dicetur ha-
bitus: cum maxime dicatur ars ex qua doceat bonū.
& equum. ut patet in tex. nostro. at si dicas artem es-
se habitum: certe si ad legem & materiam nostram ar-
tem referamus: hec ars non fuit in omni tempore. in-
cepit enim ab atheniensibus ex quibus fuerunt sum-
pre. x. tabule. deinde addite a romanis due: accon-
structum ius ciuile. ut patet in. l. z. de orig. iu. in pri-

q; uirtutes
iusticia co-
mitantur.

an iusticia
sit prior
re

fuis ī diffi-
nitione iusti-
cie ī cludi-

habitus nō
pōt ī eē
tempore.

Col. 13

Vel si ad uniuersum ius referamus: incepit secundus aristotelem ab onormacho. Vt. x. politicoz uel secundum isidoroz ab abel: & mose. De quo uide tex. in cap. Moses. 7. di. & dixi. late in li. superiori: ubi loquor de iuris deriuatione. Nec mireris q̄ hanc diffinitio nem iuris: ad nostram artem iuris ciuilis referā. Nā ita refert glosa nostra in uerbo. ius est: ars. ubi dicit: iuris auctorem hominē fore. Ergo non fuit omni tempore: & ita etiam ad istā artem refert paulus de castro in. l. nostra. **T** Dum uero dicunt q̄ iustitia & ius si considerent in actu: prius est iustitia. Ego video q̄ iustitia diffinitur p̄ actum. & q̄ dū est iustitia est ius. Tribuit enim unicuiq; ius suum: ergo non est iustitia ante ius: quia non est ante se ipsaz. Vt dicebat bar. in. l. 3. de bono z pos. & pbatur in dicta. l. precia regz. Sed si opponas de nostro tex. q̄ ex iustitia oritur ius. Respondeo. q̄ ex hoc nō sequitur prius esse tempore: quis sit prius irrellectu. In his enim distingui tempore non potest: sed ordine intellectus. Vt dicunt philosophi. & ita intelligis qd̄ dicit glosa de actione & obligatione. d̄ qua in. l. licet. s. ea obligatio. de procu. ff. Nam actio: non est posterior tempore ipsa obligatione. quis sit uerum q̄ obligatio sit mater actionis. Vt i. dicta. l. licet. pbatur: quia ius & natura instanti operantur. ut in. l. respiciendū & in. l. Cum ad presens. Si cer. petatur in. l. conditio nes insti. de uerbo obli. Sicut enim lumē qd̄ a lucerna procedit: non est posterius tempore q̄ ipsa eadem que lucet. ita actio que ab obligatione oritur: nō est tempore posterior. qj̄ ordine intelligendi prior uideatur: quia in his operationibus: lex ipsa nature est similis. ut in. l. cum quidam. s. quod suum. de ac. he re. & ibi bar. & in. l. Ventre. & ibi bar. in. 2. col. eo. ti. Vnde non teneo sententia dyni. & domini bar. qui tempore uolunt in lege nostra distinguere.

Eodem modo inrellige hereditatem & petitio nem hereditatis. Nam prius est aditio & prius est heres: q̄ competit hereditatis petitio. Vt in. l. p̄ herede de ac. here. in. l. paulus alias per procuratorem eo dem titu. & p̄ totum de peti. here. ff. & prius est bonorum possessor: q̄ competit bono z possessoria hereditatis petitio. ut p̄ bar. in dicta. l. 3. col. 2. ff. de bono z poss. Item prius est uera conditio: q̄ sit nata obligatio: quia ex conditionis ueritate incipit obligatio ut in. l. cedere diem. de uerbo sig. Hoc igitur quod prius dicimus: non est ea ratione qua prius sit tépo re. Sed quia prius intelligimus aduentum & uerita tem conditionis: q̄ ipsam obligationē. & sic de similibus. Quod demū barto. subiungit. q̄ ius cu; ad actum referimus. est uirtus. Iustitia uero exercu tio ipsius uirtutis. Ego nō uideor intelligere quin immo conuersam rationem potius crederē. Nā iustitia uirtus est. ut in aucten. ut omnes obe. iudi. prouintiarum in prin. & (ut superius dicebam) est oīum uirtutum prestatissima & imperatrix. Item ius potius ē executio iustitie: q̄ iustitia executio iuris: quia iustitia prior est & est iperatrix. Ius uero iusticie est ministerium & ab ea appellatur. Vt in textu nostro Credo q̄ littere sint mendose. & conuerse in lectura bartoli. Voluit enim dicere iustitiam esse uirtutē & ius iustitiae executionem. Sed si consideramus q̄ habitus dicaf dispositio secundum quam bene uel male disponitur Dispositum. ut arist. 5. metha. forsan dici posset: iustitiam esse executionē iuris. idest p̄ iustitiam iuste agimus & ius exercemus. Et hoc sensu bene posset saluari: iustitiam esse executionem iuri sit idest cām qua aliqd iuste executiō tradit. cogita.

Quarto noto. q̄ ius est ars boni & equi. **T** Sed contra hoc opponit barto. q̄ cum in arte iuris bonū & equum concurrant: quia copula semper facit com

Col. 14

cursum copulatoz. Vt in. l. si heredi. de condi. insti. Sequitur: nullum ius esse nisi sit equum & bonum. Cuius contrarium tenetur uerum: quia iūndoḡ iu ras sunt bona que non sunt equa. Vt est usucapio in le. 1. de usucap. ff. in. l. iure. naturali. de reg. iu. in. l. na turaliter. de condi. indebiti. Quandoq; sunt equa & non bona. ut in. l. ex hac lege. C. de p̄actis conuen. & ita tenet hic glosa in uerbo. ius. & barto. qui hac occasione intrat materiam. quādo copulatiua requirit concussum: profecto melius & aptius disservisset: que iura sint equa & non bona: & que bona & non equa q̄ disputare de copulatiua. De qua ipsuz & modernos uideas. Ego uero d̄ sp̄itationem ad propo sita conuerto. **T** Primo igitur video. ius equuz & bonum esse. ut in tex. nostro. Et in. l. ius infra isto titu. & dicebat arist. primo ethicoz idem est iustū ac bonum & equum. Vnde dicebat lactan. li. de iustitia. cap. 8. stote equi & boni: & sequetur uos sua spon te iustitia: quam queritis. Si igitur ius & iustū & ipsa iustitia unde ius & iustum dicitur ut i. tex. nostro & in. c. ius. de uerbo. sig. idem est: ac equum & bonū sequitur nullum ius esse quod non sit bonū. nec ali quod esse: qd̄. non sit equū. & ut dixi su. 2. col. in uer si. exposui. equitas est comes iustitiae: sine qua ēē nō potest. Nec lex aliqua potest esse iustitia. ut dice bat isidorus. in. c. erit. 4. di.

T Preterea facit sententia arist. li. 5. ethicoz: Vbi quod in iustum est: dicit iniquum esse. & quod iustum est: equū esse. Ergo lex que debet esse iusta: nō potest ēē iniqua: quia de essentia legis est: ut iusticiā habeat. Vt in dicto. c. erit. & pbabat tex. noster in uerbo oportet. ut in superioribus dixi. **T** Rursus hoc idem probatur a principio primo & fine omnī legum. & a deriu atione earum .primum enim principiū omnium legum humanarum est: bonum esse sequendum. ut ex legibus & philosophis probauit in superiori libro prima char. s. ut super est. & ostendit satis diffinitio nostre legis: que bonum inquolibet diffinito requiri. ut in. l. 5. Dolum infra de dolo. Item est contra finem omnium legum que tendunt ad bonum cō mune ut in prohe. grego. & in. c. facte. 4. distin. & ibi idem ego & legibus & ex philosophis ostendo. Si igitur quecumq; lex a uero principio debet tendere re etā uia ad ipsum finem. Necesse est: q̄ lex que bona non sit: non sit lex. quia nec habet principiū aquo nec finem in quem protendar. nam lex debet esse regula & mensura: que a principio iusticie tendat re etā uia ad debitum finem. ut in. c. canon. & in. c. regula. 3. distin.

Item omnis lex debet d̄riuari a lege eterna & de inde a lege nature. Quonia: ut ex cicerōe supra proximo dicebam: iuris natura fons est. & late ostendo in deriuatione iuris supra. sed cum fons idest ius naturale. l. di. & in. l. penul. infra isto titulo: ego quippe a fonte. e quitatis & bonitatis aquam. non equam uel aquam non bonam haurire non possum.

Adde q̄ si cuiusq; legis essentialia queramus: ne cesset est dicere nullam esse legem que non sit equa & bona. Nam hec sunt legi necessaria & conuenientia. iustitia: honestas: Possibilitas conuenientia q̄ sit necessaria: utilis: loco: temporis: & consuetudini conueniens. ut in. c. consuetudo. & in. c. erit autē 4. disti. Si enim omnia ista habeat: nescio quo modo possit ēē non equa: uel non bona. Rursus si bona est: uidetur non ēē iniquia. At si equa est: quomodo possit esse non bona. equitas enim mater est iustitiae & in nullo ab ea dissentire uidetur. ut in. c. fi. 25. questione. 1. ad finem. & facit sententia legis. placuit. C. de iudi. si enim a iusticia non dissentit: nescio quo modo non sit bona. cum ius sine iustitia esse non pos

idem est / iustū ac e quū & bo nū

si iustū nō pōt ēē qd̄ non sit bo nū & equū lex nō pōt ēē bona uel nō eq̄ quoniam iu sta ēē d̄z.

ius qd̄ bo nū nō ēnee cōgruitpri cipio nec ē ni

eq̄as a iu stitia dissi tire nōpōt

Sit: & ius sit equum & bonum.
C Sed quoniam aliqua sunt in iure ciuili statuta: que
 equitatem habere non uidetur: & aliqua que a bono
 uidentur discedere ut in glosa nostra.
C Ideo ita censemus considerandum. Omnis enim
 lex cuiuslibet haberet derivationem a preceptis naturalibus.
 ut supradicebam ex tullio: qui in lib. 3. officiorum dicebat
 iuris fontem: naturam esse. & in rhetorica dicit res
 a natura propheras & a consuetudine approbaras: le-
 gum ineris & religio sanxit. Quod probatur. ex. c.
 erit autem: ubi ex auctoritate Isidori debet esse lex:
 secundum naturam. & ex. c. Qualiter. de accusa. et
 grade. Et adhuc ex textu nostro. Nam omne ius ne-
 cessiter est quod sit equum & bonum. quod est ius nature.
 Ut in lib. I. ius infra. eo. & in. c. ius naturale. 1. di. & tenet
 sanctus doctor. prima secunde questione. 95. ar. 2. &
 in. c. distinctione. 40. questione. 2. ad quintum. Item non
 solum derivatur a preceptis naturalibus: sed etiam eo
 modo derivatur: quo conueniat bono communis. Et
 ad conservationem generis humani. ut in dicto prohe-
 grego. & in dicto. c. facte. 4. di. & ideo dicebat idem
 sanctus doctor. prima secunda questione. 91. ar. 2. & 4. quod
 lex humana erat dispositio particularis: inuenta per
 rationem humanam ex principio communibus legis na-
 ture. & in questione. 95. ar. 2. quod lex humana est men-
 sura: a lege diuina & naturali mesurata. Cuius finis
 est utilitas hominum. Ex preceptis igitur naturalibus
 derivantur conclusiones. sicut inspeculatiu*s*: ex pri-
 mis principiis inferimus ad conclusiones. Nam pre-
 ceptum est naturaliter: ne quis alterius faciat quod si-
 bieri non uult. Ut in. c. 1. di. 1. Et ex isto precepto in-
 fertur. Neminem natura deberi cum iactura alterius lo-
 cupletari. Ut in. c. iure nature. de re. iu. infra in. l. Na-
 hoc natura. ss. de con. in debiti. Et ideo dicitur usu-
 capionem uel prescriptionem esse contra ius nature.
 ut notatur ibi & in. l. nostra.

Principia
 prima le-
 gis nature
 non possunt
 fallere coa-
 clusione ue-
 ro fallunt,
 ostenditur
 p̄scriptio-
 ne non esse
 contra natu-
 rale equtate

C Adverte tamen
 quod quis principia prima legis nature non possunt fal-
 lere: fallunt tamen conclusiones que ex his inferuntur. Vnde lege positiva: licet aliqua subducunt a conclusionibus dependentibus ex lege nature. Nam occidere alium non licet: quia alterum ledere non licet. Sed quia omnia precepta tendunt ad conservationem generis humani: necesse est: ut lege quodocunque occidatur. Ita enim conuenit conservationi totius. Et hoc modo pedit titulus legis cornelie & sciriis. ss. & c. cum similibus. **C** Item ut dicebam: nemini licet cum alterius iactura locupletari. Sed ad remouendas lites: ne bonis confusis quotidie homines se discordes imiscerent: decuit determinare ut qui infra certum tempus res suas non recognosceret: earum dominum amitteret. & alterius. s. posse: iacquirere. Hoc est igitur quod dicitur in. l. 1. de usucap. Usuacionem ipsam bono publico introductam. Cum enim omnis lex & omnia precepta naturalia & ciuilia tendant ad bonum totius uniuersi: quis ad conservacionem totius conueniat: neminem cum iactura alterius locuplectari: tamen hoc non conuenit eo casu quo dominia essent in cofusso: quia pacis & concordie ciuitatis: confusio bonorum est contraria. & finis omnium legum hec est: ut in pace uiuatur in prohemio gregoriano. Vnde uerum est dicere prescriptionem esse iustitia: quia conuenit bono publico: quod est finis legum: ut in dicta le. 1. & supra latius. Vnde non est dicendum: prescriptione & usuacione esse inducit contra equitatem naturalē: illa enim equitas naturalis qua non licet alterum alterius damno locupletari: tendit ad debitum finem conservationis generis humani. & cessat: quia in casu prescriptionis aliter conuenit bono publico. Nam cum cessat finalis causa: cessat etiam ratio disponens. ut in. c. cum cessante de app. & in. c. non debet de causan. & affi. Et ita in effectu tenet do-

Io. an. Cum fratre gerardo senense theologo in Regu-
 la possessor & in regula peccatum de reg. iu. Qui quis
 in male fidei possessore non iuste loquans: ut dixi in
 superiori libro. In hoc tamen eis consentio. & ratio-
 nem in superioribus uides. Teneas igitur: leges pre-
 scriptio*n*is. iustas. honestas. & rationabiles. Et habet
 equitatē boni publici: pacis & concordie cōseruāde.
C Non obstat tex. in. l. hac lege. C. de pactis conuen-
 mittit: gubernationē suarū rerum cōmittat. Sed ta-
 mén aliud suaderet equitas. & id cōfirmat iure ciuili.
C Respondebat predicti theologi & do. lo. an. in di-
 unam regulam uidetur bonū: quod non est equum
 tamen quod equū est: malum esse non potest. itaq;
 uere non est bonum: quis ita uideatur. & quia bonū
 non est: contra id quod non est bonū: est iudicatum.
C Ista responsio latet habet iustitie. Nam ut ego in
 est: non potest esse nō bonum. & ideo id bonū quod
 appetit contra equitatem: appetit bonū: quod esse
 non potest. **C** Ego uero quia tex. simpliciter di-
 cit esse bonū: ut iacet credo posse defendi. Dicit enim
 tex. quod bonum est ut mulier que se ipsam marito cō-
 missit: comitteret etiam res suas a marito gubernā-
 das. Ego igitur quero an id liceat etiam iure ciuili.
 & an sit bonum. Certe nullus unq; pbabit id non
 licere. nec id bonum non esse. At si dicas contrariū
 disponitur. Ego assueauerant id negarem: quia non
 prohibes a iure ciuili ne ipsa res suas marito cōmit-
 tat: quia id bonum est. & quod bonū est non iuste
 prohibetur. Sed iure ciuili hoc disponitur: ne ipsa cō-
 tradicente: liceat marito in rebus uxoris non dotali-
 bus se intromittere. Nec liceat super his uxori neces-
 sitatem imponere. quod enim bonum est: ut ipsa
 uxor res suas marito cōmitteret: tamen ea contradic-
 ente non est equum ut maritus se imisceat. hic est
 casus illius legis ex quo late patet equum & bonum
 non sibi aduersari. nec id quod bonum ibi dicitur: bo-
 num non esse. nam bonum est ut ipsa consentiat. si
 tamen non consentiat: non licet se imiscere. & i hoc
 stat fallacia: qua decipiuntur glosatores.

C Sed si oponas quod cum bonū sit: quod uxor bona sua
 marito cōmittat: debet & lex ipsa eam compellere.
 ut cōmitteret: uel dare facultatem marito ut ipse gu-
 bernaret. Respondeo. quod lex non ad omnia bona
 compellit. ut in. c. requisiuit. despon. & in. c. i. de spō.
 impu. & in. c. i. eo. ti. lib. 6. & exposuit late in superio-
 ri libro quod etiam docet sanctus doctor prima secun-
 de questione. 9. arti. 2. ad. 1. & questione. 100. arti. 2.
 & ita notatur glosa in dicta. l. hac lege. ex textu in. l.
 uideamus. s. sed nec de in item iurando. non igitur
 compellit ut consentiat: nec decet ut ea non consen-
 tiente maritus habeat gubernationem. & hec est in-
 tentio legislatoris.

C Ex superioribus etiam rectius intelliges quod glo-
 sa nostra dicebat. aliquid esse equo equius. ut in. l. si
 seruus communis. s. quod uero de furtis. quis enim ex
 uno capite uideatur aliquid equū: tamē si alia ratio
 suadeat contrariū: quod ita sit iustitia terminandū.
 illud quod uidetur equum. uere non est equū in actu
 quia dum concludit causam: conferendo se cum alia
 ratione ualidiori: amittit uim equae: concludendi.
 & ita intelligo predictum. s. quod uero. Vbi corda-
 tis iuris consultus loquitur. Qui dicebat equi ui-
 deri: & non dicebat equū esse. Nec obstat quod postea
 dicitur equius esse quod determinat. Ergo equum
 erat contrariū: determinare. nam comparatiū pre-
 supponit positivū. Ut in. l. ubi autem de uerbo obli.
 Respondeo. quod ponitur uerbum. equius electus non
 comparatiū.

qđ i le. ha-
 le. C. de
 pactis con-
 uen. dicit
 bonū: uere
 bonū est

qđ dicit a
 ligat esse e
 quo equū

Col. 17

